LVX VENIT IN MVNDVN ET DILEXERVNT HOMINES MAGIS TENEBRAS QVAM LVCEM. IO. 3. 19.

ANTRVM PLATONICVM.

Maxima pars hominum cecis immersa tenebris
Volvitur assiduè, et studio letatur inani:
Adspice ut obiectis obtutis inhereat umbris,
Vt VERI simulacra omnes mirentur amentq,

Et stolidi vanâ ludantur imagine rerum.
Quam pauci meliore luto, qui in lumine puro
Secreti â stolidâ turbâ, ludibria cernunt
Rerum umbras rectaq. expendunt omnia lance:

Hi positâ erroris nebulâ dignoscere possunt
Vera bona, atque alios cecâ sub nocte latentes
Extrahere in claram lucem conantur, at illis
Nullus amor lucis, tanta est rationis egestas.

C.C. Harlemensis Inv.
Saenredam Sculpsit
Henr: Hondius excudit.
1604.

H.L. SPIEGEL FIGVRARI ET SCVLPI CVRAVIT. AC DOCTISS.° ORNATISS.° Q. D. PET. PAAW IN LVGDVN. ACAD. PROFESSORI MEDICO D.D.

Niedersächsisches Ministerium für Wissenschaft und Kultur

© HAUM http://kk.haum-bs.de/?id=saenredam-j-p-ab2-0037